Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:

confitenti proponenda, quæ aut præcedentis, aut alterius operis sunt fragmentum. Simile quid occurrit apud Braun in Not: Mss: Vol. III p: 131.

Anton de Butrio. Antonio de Butrio adscriptum.

2.

Stella Clericorum. Stella Clericorum. Absque titulo incipit: "Quasi stella matutina". Idem opus habetur in Cod: CLVII. n: 3. In authore detegendo se hactenus operam perdidisse ait Michael Denis Nachtrag zur Buchdruck: Gesch: Wiens. p. 44.

19b – 29b

3.

Authoritates S. Scripturæ de diversis materiis. Inscriptio sonat: "Incipiunt auctoritates de diversis materiis excerpte de libris Salomonis et ecclesiastico posite sub certis titulis secundum ordinem alphabeti". Inicium est: "De amicicia prov: 3. Ne moliaris amico tuo malum". Hos sequuntur notamina theologica, quorum primum est: "Cur Deus hominem fecerit, qui peccare possit."

30a – 44a

4.

Historia V: & N: T: rhythmica. Historia V: et N: Testamenti in rhythmos redacta. Incipit:

'Lucifer se erexit contra deum in eternum
Et in ictu oculi de excelso celorum solio
projectus in infernum". &c.

Videtur esse compendium humanæ Salvationis, cujus specimen exhibet Braun in Not: Mss: Vol. IV. p: 106.

44b – 65b